

lib. contra Priscillianistas, & Origenistas ad Orosium, c. 6. 7. Tandemque anathemate confixit V. Synodus Generalis, Constantinopolitana II. anno 545. Anathematismo 9. his verbis: Si quis dicit, aut sentiat, ad tempus esse Dæmonum, & impiorum hominum supplicium, & quæ sit aliquid futurum: siue relictivum, & relictivum fore Dæmonum, aut impiorum hominum: anathema sit.

II. Hunc errorem reprobavit Prætorius ex Guidone Carmelita, quod dicerent, inferni poenam non esse perpetuam, & Christum, cum ad Inferos descendisset, omnes animas inde eduxisset. Exuperant autem hi heretici faculo sepius, circa anno 680. Constantino III. Heraclii filio imperante, ac Theodoro Petri fedem tenente. Eum quoque (referente Juvenio, in Theolog. p. 3. Diss. I. de Angelis g. 6. c. 4.) Sociniani hæc postremis temporibus amplexi sunt. impie arbitantes, æquum non fore Dei iudicium, si creaturas ob unum, vel cogitationis peccatum lethale, æternis suppliciis addiderit.

III. Quod si Steniosus pro sua eruditione vorat, quis fuisse Origenes toties a Theologis in iudicio vocatus, quibus cum ex toto damnantibus, quibusdam eum ex parte saltem excusantibus;

IV. Dicam breviter. Origenes (ob indefessum, ac infractum in studiis religionis causam laborem Adamantius dicitur) Alexandria natus est anno 186. Patre Leonida viro Christianæ fidei cultore, pro qua martyrium sustulit. Huius cura omnigenam sacrarum Scripturarum cognitionem a teneris annis edocuit fuit. Tali pro fide accensus ardore, ut pro ea vitam prodigere parentis sui exemplo non semel exoptavit. Calicatis cultos adeo tenax, ut timens, ne ex mulierum ad se constantium disciplina causa, conversatione, aliquod ei periculum immineret, se e vitaverit. In studiis indefessus longævum consumpsit ætatem imperpetuo quærens adeo ut sena liberam millia edidit, sibi librorum, tamen nomine Homilias intelligendas esse crediderim) Græci, atque Hebraici sermonis peritus Translationes Sacræ Scripturæ, quæcumque extarent, collegit, eam nimirum, quam septuaginta Interpretes ante Christum eviderant; deinde eorum, qui post Christum natum, scilicet Aquilæ Iudæi, qui eam Græcè verterat, aliam Symmachii, aliam Theodotionis; aliam denique inonomini, atque incerti Auctoris, Has distinxit per Tetrapla, Hexapla, & Octapla. Tetrapla vocavit editionem Scripturæ quatuor columnis per singulas paginas distinctam. Prima exhibebat versionem Ixx. Interpretum. Altera translationem Ægypticam. Tertia Symmachii. Quarta Theodotionis. Hexapla continebat sex columnas in singulis paginis. Quarum prima exprimebat textum Hebraicum hebraicè scriptum. Secunda eundem textum, sed Græcè charactere exaratum. Tertia Versionem Aquilæ. Quarta Symmachii. Quinta Ixx. Interpretum. Sexta Theodotionis. Octapla complectebatur octo columnas, claudentes sex præfatas versiones, & ulterius duas alias ab Hebræis, seu (ut putat Hieronymus) piis hominibus elaboratas. Hæc cum præterea doctrinæ monumentis celebris suum nomen potenter reliquisset; ni ingratum plus æquo, indulgens, volensque plus sapere, quod speret, sensum suum multis erroribus contaminasset, quos Vereres recenserunt, & Ecclesia condemnavit: inter quos ille est, quem modo impugnamus iudicium. Multi contra ipsum, pro ipso alij apologistæ ediderunt, quod diceretur nostrum non esse. Satis enim extra campum seminavimus.

S. II.

Catholica veritas.

V. Dico. Dæmonum, aliorumque damnatorum poena finem nunquam est habitura, sed in æternam duratura. Hoc Reptobis in extremo Iudicio a se insipientem prænuuncians: Dicitur (inquit) a me maledicti in ignem æternum, qui pariter est Diaboli, & Angelis ejus.

VI. Respondentibus Origenistæ (referente Orosio ad S. Aug.) æternum non esse idem, ac perpetuum; sed exprime diuturnam seculorum successione, iuxta illud Psalm. 9. v. 6. In æternum, & in seculum sancti. Ex quo inferant, exultant in animi malitia, Diaboli aliquando salvandam esse substantiam.

VII. Respondentibus secundo: ignem quidem futurum æternum, non tamen futuram æternam combustionem, & poenam.

VIII. Sed contra primum. S. Aug. Orosio respondens. In contra Priscillianistas, & Origenistas c. 5. & 6. Observat primo, quod verbo latino in ignem æternum Græcè respondet, non aona, sed æonion: est autem aona aliquando significat seculum; æonion tamen non dicit nisi æternum, quod finem non est habiturum. Observat secundo, quod sicut ibi dicitur, Reprobos ituros in ignem æternum; ita Electi dicuntur ituri in vitam æternam v. 46. Et ibunt hi in supplicium æternum (vel ut habet verbum Augustini: in combustionem æternam) Iusti autem in vitam æternam, & in utroque Græcæ habet æonion: sed æternum dictum de vita Iustorum sumitur pro eo. quod finem nunquam est habiturum; cur ergo non etiam dictum de poena impiorum? In utroque (inquit Aug.) Græcæ æonion habet. Si misericordia non provocat credere, non futurum impiorum sine fine supplicium: quod de premio Iustorum dicitur sumitur, cum in utroque parte, eodem loco, eadem sententia, eodem verbo pronuntietur æternitas? An iterum etiam Iustus ex illa san-ctificatione, & vita æterna in peccatorum immunditiam, atque in mortem relapsurus esse dicemus? absit hoc a Christianis fidei sanctorum. Deinde pergit, dicens: quid de illis Propheta verbis respondit? Iustus, non scriptum est (Hæc 66. v. 24.) Vermis

eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur? Quæ sententia poena significata sit nomine vermis, atque ignis, certe si non morietur nec extinguetur, sine fine prædicta est: nec aliud nisi abas Prepheta, cum hoc diceret, nisi ut eam sine fine predicaret.

IX. Contra secundum eodem modo inquitur. Nam eodem modo Christus loquitur de Electis, ac Reprobis: sed non solum Regnum Cælorum dicitur æternum seu finem non habiturum, sed etiam gloria eorum, ac beatitudo dicitur æterna, & finem non habitura; ita ut Electi nunquam reversuri sint ad miseriam, alias non essent perfectè beati, si postea iterum esse miseri: ergo non solum Inferni ignis erit æternus; sed etiam combustionis, & supplicium Reproborum erit æternum, & finem non habiturum. Quare huic responsioni præglossat viam Christus ipse v. 46. dum ait: Ibi hi in supplicium (vel combustionem) æternum; Iusti autem in vitam æternam. Non ait: ignem æternum: sed combustionem, vel supplicium æternum, ut significaret, non solum ignem tartareum finem non habiturum, sed nec poenam, ac supplicium eorum, qui tali igni traditi sunt. Audiendus est S. Aug. lib. de Fide, & Operibus c. 15. neque (inquit) dicit hoc poterit, in quo nonnulli seiplos seducunt dicentes: ignem æternum dictum, non isam poenam æternam; per ignem quippe, qui æternus erit, transierunt nobis reatur eos, quibus propter fidem merentem per ignem promittitur salutem: ut videlicet ipse ignis æternus sit: combustio vero eorum, hoc est operatio ignis, non sit in eis æterna: cum & hoc prævidens Dominus, tanquam Dominus, sententiam suam ita conclusisset, dicens: sic ibunt illi in combustionem æternam, Iusti autem in vitam æternam. Erre ergo æterna combustio, sicut ignis. Idem dicit in Enchiridio c. 112.

X. Eodem modo præfatum Christi dictum interpretant alij Patres. S. Hieronymus in c. 25. Matt. super verba præfata: prædicit (inquit) terræ adverte, quod & supplicia æterna sunt, & vita perpetua meum dicitur non habere terminum. S. Fulgentius lib. de fide ad Petrum c. 43. Firmissime (inquit) tenet, & nullatenus dubitet... quod ex ejus ore justis, æternæque iudicii sententia æque incommutabili præfata sententia, iniqui omnes ibunt in combustionem æternam; Iusti autem in vitam æternam; iniqui semper arsiuri cum Diabolo: Iusti autem regnaturi sine fine cum Christo.

XI. Sed præteritis audire præstat S. Gregorius I. 23. Moral. c. 16. modo 19. ubi quorundam sibi adulantium, inferiorum poenas aliquando finem habituras, rationes affert, & everit, ita: sicut enim, inquit, nunc etiam, qui dicitur peccatis suis ponere finem negligens, quia habere quandoque finem futura super se iudicia suppliciorum. Quibus breviter respondemus: si quandoque finem sua supplicia Reproborum, quandoque finem sua ergo & gaudia Beatorum. Per semperipsum namque veritas dicit: Ibi hi in supplicium æternum, Iustitiam in vitam æternam: si igitur hoc verum non est, quod minatus est, neque illud verum est quod promissum.

At inquit: ideo æternam poenam peccantibus minatus est, ut eos a peccatorum perpetratione competeret; quia creatura sine æterna supplicia minari debuit, non inferre.

Quibus citius respondemus: si falsa minatus est, ut ab iniustitia corrigeret, etiam falsa pollicetur esse, ut ad iustitiam provocaret. Et qui hanc eorum usum toleret, qui dum promissionibus suis Reproborum supplicia finiri offerunt, æternæque sententiam Electorum præmia, remuneratæque confidunt? Qui hæc eorum usum toleret, qui conatur adferre, verum non esse, quod veritas de æterno igne minatus est; & dum fatigant Deum prohibere misericordem, non veretur predicare fallacem?

XII. At inquit: sine fine puniri non debet culpa cum sine Iustus nimirum est Omnipotens Deus, & quod non æterno peccato commissum est, æterno non debet puniri tormento.

Quibus citius respondemus, quod recte dicerent, si Iudex iustus, distribuisse veniens, non corda hominum, sed facta posuisset. Iniqui enim ideo cum sine delinquerunt, quia cum sine vitaverunt; voluissent quippe sine fine vivere, ut sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Ad distributi ergo Iudicis iustitiam pertinet, ut nunquam careant supplicio, quorum mors in hac vita nunquam voluit carere peccato. Quibus S. Gregorius prævenit objectionem palmarum, qua se tuebantur Origenistæ, & moderni Sociniani se defendunt.

XIII. Dicunt enim. Non videtur iustum, ut pro peccatis quantumlibet magnis, parvo tamen tempore perpetratis, poena homo, vel Angelus damnetur æterna, gravitas enim supplicii peccatorum gravitati respondere debet, sed peccatum temporarium fuit, immo aliquando momentaneum, ut in Angelo; ergo non debet esse perpetua illius poena.

XIV. Cui argumento respondit S. Gregorius, quod peccatum est parum duraverit acuti, duravit tamen, & durat semper animo, & corde; ut patet in iis, qui æstium ad peccatum non deponentes, statim via claufertur: in illis enim sicut voluntas peccandi perpetua est, ita poena debet esse perpetua. Hinc D. Th. in 3. Cont. Gent. cap. 144. q. 1: Anus divinum voluntas volentes pro factis committunt; quia sicut homines videt ea, qua exterior aguntur, ita Deus inspicit hominum corda: qui autem propter aliquod temporale bonum aversus est ab ultimo fine, qui in æternum proficitur, præcipit frivolem temporalem illius boni temporalem æternam frivolem utimur finis. Unde patet, quod multo magis voluissent in æternum illo bono temporali frui; ergo secundum divinum iudicium eis puniri debet, ac si æternaliter peccasset. Nulli autem dubium est, quin pro æterno peccato æterna poena debeatur. Quæ D. Thomæ doctrina mire explicat responsum S. Gregorii.

XV. Negari etiam potest maj. Quantitas enim poenæ non debet respondere durationi actus peccati, sed ejus gravitati: Homicidium enim, conjugatio contra Regem, parum durat, & tamen

DUBIUM I.

An unus Angelus alium illuminet, & quomodo?

S. I.

Resolutio primæ partis.

I. Illuminationis nomine nil aliud intelligimus, quam veritate manifestacionem. Nam sicut in corporalibus luminibus illuminare dicitur, quia manifestat oculo colores; sic (ait S. Th. hac l. p. q. 106. a. 1.) lumen, secundum quod ad intellectum pertinet, nihil est aliud, quam quædam manifestatio veritatis, secundum illud ad Ep. 5. omne quod manifestatur lumine est. Unde illuminare nihil aliud est, quam manifestacionem agnitæ veritatis alteri ergere, secundum quem modum Apostolus dicit ad Ep. 3. Mihi omnium Sanctorum quoniam data est gratia hæc, illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi a seculis in Deo.

II. Dico ergo. Unus Angelus illuminat alium, in quantum ei manifestat veritatem, quam ipse cognoscit. Ita D. Th. loco laudato. Porro, cum manifestare veritatem contingat dupliciter; vel pura, & nuda veritatis ostensionem; vel eum artificio, magisterio, & doctrina, sicut magister discipulo manifestat veritatem, eam dividendo, disponendo, & ad discipuli capem temperando: ad hunc posterorem modum pertinet proprie illuminatio, de qua agimus, cum ad priorem potius spectet simplex locutio, de qua infra.

III. Veritas hæc infirmatur a Scriptura, quæ Psalm. 23. introducit quosdam Angelos admirantes triumphum Christi, & querentes edoceri, dicendo famel ac iterum: quis est iste Rex gloria? & alios ipsos influentes, dicendo: Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio... Dominus virtutum ipsi est Rex gloria. Verba autem hæc esse Angelorum edoceri cupientium, & Angelorum manifestando respondentium, tradidit Dionys. c. 7. de castis Hierarch. dicens. Hæc Theologi perspicue declarant, ut inferiores quidem Cælestium essentiarum Ordines, a Superioribus divinarum operum scientiam convenienter modo percipiant, illi vero, qui omnibus antecellunt, & ipsam Deitate summa, uti fas est, sacris disciplinis illustrantur. Quisquam enim eorum introducatur a Superioribus sacræ scientiæ eruditior, illum esse Dominum celestium Virtutum, Regemque gloria, quæ humana specie assumptæ est in Calam. Quibus ex mente Dionysii apparet, supremos Angelos edoceri, & illuminari immediate a Deo, medios a Supremis, & inferiores a mediis, Nam c. 4. Hæc (inquit) lex a Deo sancta est; ut in unaqueque Hierarchia, & primi sui, & multi, & postremo ordinis inferiorumque superiores Doctores sint, eisque quasi digito vitam monstrant. Capit. 7. dicit, Cherubim communicare cum secundis, sapientia, quæ concessa est, effusione. Et c. 8. Hæc (inquit) in Universam divinam præfationem, ac legem dei dignitate participantem esse, ea qua secundum suam, primumque præfationem participat divinam illuminationem.

IV. Hæc certe non de sola meditatione consequentia, ut putat Durandus, sed meditatione causalitatis intelligenda sunt. Si enim superiores Angeli inferiorum Doctores sunt, si eis quasi digito vitam monstrant, & eorum procuracione divinas illustrationes participant; his indicatur Deum non solum prius illuminare superiores tamquam digniores, deinde inferiores; quæ est pura mediatio consequentia; & ordinis: sed Deum immediate se solum illuminare supremos, inferiores vero mediis superioribus, mediacione causalitatis, nimirum docentibus, vitam monstrantibus, sapientiam effundentibus &c.

Quapropter Damasc. l. 2. de fide cap. 3. ait: Alii alios illustrant, ob ordinis, vel naturæ præstantiam. Liger autem eos, qui sublimiores sunt, inferioribus lumen ac scientiam affundere) Et S. Bernard. l. 5. de Considerat. c. 4. Duceamus (inquit) Cherubim ex ipso sapientia fonte ore Aleissimi haurientes, resuscitantes fluentia scientia universis Civibus suis.

V. Accedit quoque ratio. Nam cum Angeli sint pure intellectuales, & in perfectione intellectualitatis inæquales, unus subtilior intelligens alios intelligit; poterit altiores illas ac subtiliores intelligentias alios inferioribus manifestare, & consequenter eos de illis illuminare. Ut enim docet D. Th. hac l. p. q. 106. a. 4. Omnia creatura ex divina bonitate participant, ut bonum, quod habent, in alios diffundunt. Nam de ratione boni est, quod se alio communitur. Et inde effertur, quod agens corporalia similitudinem suam alio tradunt, quantum possibile est. Quante igitur aliqua agens magis in participatione divina bonitatis constituitur; tanto magis perfectiores sunt nituntur in alios transfundere, quantum possibile est. Unde D. Petrus monet eos, qui divinam bonitatem per gratiam participant, dicens 1. Petri 4. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Multo igitur magis sancti Angeli, quæ sunt in plenissima participatione divina bonitatis, quidquam Deo percipient, subsistat impatiuntur. Et subdit: non tamen recipiunt ab inferioribus ita succellenter, sicut est in Superioribus. Et ideo superiores semper remanent in altiori ordine, & perfectiorem scientiam habent. Sicut unam, & eandem rem plenus intelligit Magister, quam Discipulus, qui ab eo addiscit.

VI. Nec tamen quis putet, hanc inferiorum a superioribus illuminationem ab initio quidem fuisse, sed postea cessasse, addit ibi ad 3. Quod usque ad diem Iudicii semper novam aliquam supremis Angelis revelantur divinitus de his, quæ pertinent ad dispositionem Mundi, & præcipue ad saluam Electorum. Unde semper remanet, unde superiores Angeli inferiores illuminant. Post diem autem Iudicii cessabit quidem illuminatio quantum ad novam

tamen punitur poena mortis: omniaque crimina parvo tempore parantur, quorum tamen aliqua, poena perpetua in hac vita vel exili, vel carceris, vel tristemur lege humana, & divina puniuntur. Poena ergo parvitate culpe respondere debet: & hæc maxime sumitur ex Personis, contra quam peccator, qui est Deus, qui cum sit malefate infinitus, exigit, ut peccatum contra naturam poena infinita possibilibus puniatur, & proinde poena infinita saltem duracione.

XVII. postus: Naturalis equitas (inquit S. Thomas citato loco) hoc habere videtur, quod unusquisque privetur bono, contra quod agit. Ex hoc enim reddit se tali bono indignum: & inde est, quod secundum Civilem iustitiam, qui contra Republicam peccat, Societas Republicæ privetur omnino, vel per mortem, vel per exilium perpetuum: nec attenditur quanta fuerit mora temporis in peccando: sed quid sit contra quod peccavit. Eadem autem est comparatio totius vite presentis ad Republicam terrenam, & totius æternitatis ad societatem Beatorum, qui, ut supra ostensum est, ultimo sine æternitate possunt. Qui ergo contra ultimum suum peccat, & contra Charitatem, per quam est Societas Beatorum, & tendentiam in beatitudinem, in æternum debet puniri, quomvis aliqua brevi temporis mora peccaverit. Hæc S. Thomas.

XVIII. Hanc Doctrinam sumpsit Angelicus ex suo Magistro Augustino l. 21. de Civ. Dei c. 11. ubi querens, an sint extensio poenarum temporum, cum fuerint peccatorum; relatis ex Tullio octo generibus poenarum, nempe damno, vinculis, verberibus, talione, ignominia, exilio, morte, & servitute, ait: Quid horum est, quod in brevi tempore pro culpæ peccati altitudine contrahitur, ut tanta vindictæ mora, quanta deprehenditur peccatorum, nisi forte talis sit animi agens, ut hoc patitur quisque, quod facit. Unde illud est Legis (Exod. 21. 24.) Oculum pro oculo, dentem pro dente. Fieri enim potest, ut tam brevi tempore, quibus amittit oculum peccator, quàm talis ipse aliorum improbitas peccati. Porro autem si aliqua femine oculum infusum rationis sic verberè vindicare, nonne qui illud puncta temporis fecerit, incomparabilioram spatio verberetur, & succurrit voluptatis exigua distans dolore puniatur? Quid in vinculis? Nunquid tantum quisque iudicandus esse debere, quandoque fecit, unde meritis alligari; cum iustissime amittat seorsum in compediibus, quod iudicium, & hoc illi celeriter transiente vel lacessit Dominum, vel plagarum? Jam vero damnum, ignominia, exilium, servitute, cum plerumque sit infirmitas, ut nulla venis relaxentur; nonne pro brevi vite modo similia poenæ videtur æternis? ideo quippe æternam esse non possunt, quia nec ipsa vita, qua his plerumque, pergitur in æternum: & tamen peccata, quæ vindicantur longissimi temporis poenæ, brevissimo tempore parantur. Nec quisquam exiit, qui conferret, tam cito necentium sciendæ esse tormenta, quam cito factum est, vel homicidium, vel adulterium, vel sacrilegium, vel quolibet aliud scelus, non temporis longitudo, sed iniquitatis, & impietatis, magnitudo metiendum, qui vero pro aliquo grandi crimine morte multatur, nunquid magis, quam occiditur, quæ perberit esse, ejus supplicium Leges æstimate, & non quod eum in sempiternum aufert de societate viventium?

Quod est autem de ipsa Civitate mortali homines supplicio primæ mortis, hoc de Civitate illa immortalis homines supplicio secundæ mortis auferre. Sicut enim non efficiunt Leges hujus Civitatis, ut in eam quisque revertatur cessatis se nec illius, ut in vitam revocetur æternam; secunda morte damnatur.

XVIII. Quia vero opponebat illud Christi (Luc. 6. 28.) In qua mensura mensi fueritis, in ea remittetur vobis;

Respondet: Nec attendunt, non propter æquale temporis spatium, sed propter vicissitudinem mali, id est, ut qui mala fecerit, mala patiatur, eandem dicitur fuisse mensuram. Quomvis hoc in ea ratio proprie posse accipi, de qua Dominus, cum hoc diceret, loquebatur, id est, de Iudicibus, & condemnationibus. Proinde, qui iudicat, & condemnat iniuste, si iudicatur, & condemnatur iuste, in eadem mensura recipit, quomvis non hoc, quod dedit. Iudicio enim fecit, iudicio patitur: quomvis iustus damnatione quod iniquum est, patitur damnatione quod iustum est. Acute de more Augustinus.

Rationes generales pro æternitate poenarum (sive Dæmonum, sive omnium Damnatorum tam Infidelium, quam Christianorum), & quod pro eis nulla unquam futura sit misericordia, sicut & argumenta in contrarium, Candidato meo percurrenda relinquo apud D. Th. in 4. dist. 46. q. 1. & 3. & q. 2. a. 3. Nec non in Supplement. 3. q. 99. per totam, ubi hanc materiam fufe prosequitur.

QUESTIO X.

De illuminatione, & Levatione Angelorum.

Quamvis S. Th. rem hæc distulerit ad quæstionem 106. & 107. hujus primæ partis, quia tamen ad perfectam naturæ & conditionis Angelorum (maxime comparatæ ad invicem) notitiam, valde utilem iudico; ideo eam præsentî Tractatui vel coramdem addere preterit duxi. Horum tamen, quæ hic dicentur multa referenda, & conferenda erunt cum eis, quæ de cognitione Angelorum superius dicta sunt.

novam acquisitionem scientia, non autem quantum ad cognitionis conservationem, ut docet S. Doct. 1. p. q. 108. a. 7. ad 2. Licet ergo post iudicium non possint inferiores Angeli in cognitione aliquarum rerum; non tamen propter hoc excluduntur, quin a superioribus illuminentur. Similiter (ait ibi ad 3.) est post diem iudicii homines non sint inferiores ad salutem adducendi per ministerium Angelorum; tamen illi, qui jam salutem erunt consecuti, aliquam illuminationem habebunt per Angelorum officium.

VII. Inter Demones alteri aliquam veritatem manifestat; quia tamen unus alium non intendit ordinare ad Deum (quod ad rationem proprie illuminationis requiritur, quae est manifestatio veritatis secundum quod habet ordinem ad Deum) sed magis ab ordine divino abducere; ideo unus Demon alium non illuminat; sed unus alii suum conceptum per modum locutionis inprimam prestat. Ita S. Doct. quæst. 109. art. 3. Eadem ratione, est Demones hominibus aliqua manifestent; eos tamen illuminare dici non possunt, sed eis suum conceptum intimare per modum locutionis.

VIII. An vero Demones ab Angelis sanctis proprie illuminantur? respondet S. D. eadem q. 109. art. 4. ad 2. Quod per sanctos Angelos multa de divinis mysteriis Demonibus voluntur, cum divina iustitia exigat, ut per Demones aliqua fiant, vel ad positionem malorum vel ad executionem bonorum. Sicut in rebus humanis affectibus iudicium revelans tororis ejus sententiam. Hujusmodi autem revelationes, si ad Angelos revelantur, comparantur, illuminationes sunt; quia ordinat eas ad Deum: Ex parte vero Demonum non sunt illuminationes; quia eas ad Deum non ordinant, sed ad explationem propriæ iniquitatis.

IX. Circa quæ vero Angeli inferiores sancti a superioribus illuminantur, querendum est. Respondet D. Th. 1. p. q. 106. art. 1. ad 3. quod unus Angelus illuminat alium manifestando ei veritatem de illi, quæ pertinet ad statum naturæ, & gratiæ, & gloriæ. Et quidem quoad ea, quæ pertinent ad statum gratiæ, & gloriæ, certum omnibus esse debet. Nam circa ordinem gratiæ, constat ex dictis, Angelos inferiores multa a superioribus fuisse edoctos de mysterio incarnationis, maxime quoad circumstantias; & edoceri in dies de his, quæ pertinent ad hominum salutem. Circa quoque statum gloriæ, ostendit S. Th. art. 1. citato ad 1. quod esse omnes Angeli immediate vident divinam essentiam, & ideo quantum ad gloriam essentialem, unus ab alio non illuminatur; quantum tamen ad gloriam accidentalem, cum superior Angelus plura in Deo de rationibus divinarum operum cognoscit, quam inferior, de his eum illuminat: Quod asserit quoque in 3. sent. dist. 12. q. 3. a. 2.

X. Verum difficultas est, quomodo possit Angelus inferior illuminari ab Angelo superiori de his, quæ pertinent ad statum naturæ. Cum enim quilibet Angelus omnia naturalia ab initio sue conditionis comprehendat, ut superius diximus, non videtur, quomodo de his posse illuminari. Unde Div. Thomas ipse q. 9. de Veritate, art. 12. ad 9. dicit, quod illuminatio, quæ unus Angelus alium illuminat non est de his, quæ ad naturalem cognitionem Angelorum pertinent, quia sic unus a principio sua conditionis perfectam habuerunt naturalem cognitionem. Sed est de his, quæ revelantur Angelis eorum actualis cognitionem excedentibus.

XI. Attamen observandum est, aliud esse Angelum illuminari de rebus naturalibus, quæ ex causis naturalibus dependent aliud esse illuminari de rebus pertinentibus ad statum naturæ. Patetur ergo; quælibet Angelum ab initio sue conditionis comprehendere res naturales, secundum quod dependunt a suis causis naturalibus, & necessariis; præsertim si sint inferiores Angelo, & adhuc Universum pertineant, & in his non illuminantur; in quo sensu loquitur S. Th. q. 9. de Veritate, citata. At de his, quæ est pertinent ad statum naturæ dependent tamen a causis, contingentibus, vel aliquo speciali Dei beneficio eventibus, aut ab Angelis superioribus administrantur, non habuit quilibet Angelus cognitionem comprehendendam ab initio; & de his potest illuminari. Quare Div. Thomas non dicit Angelum posse illuminari de rebus naturalibus, sed de rebus, quæ pertinent ad statum naturæ.

Addo: quod, cum (ut superius diximus) inferiores Angeli non comprehendant superiores, non proinde cognoscunt omnia sibi superiora etiam in ordine naturæ, nec oportet, ut de omnibus, quæ cum aliis Angelis connexionem habent, cognitionem distinctam, & in particulari quilibet eorum habeat. Igitur etiam de his quæ superiora sunt in ordine naturæ, & de quibus cognitionem habent solum confusam, possunt a superioribus distincte instrui, & consequenter illuminari.

XII. Contra illuminationem Angelorum solet asseri textus Apoc. 21. v. 23. ubi de Civitate Cælesti dicitur: Civitas non eget Sole, neque Luna, ut luceat in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna ejus est Agnus. Et Jerem. 31. v. 34. Et non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum, ubi sermo est de Beatis. Cum ergo Angeli sint beati, non egent illuminari, & doceri ab alio nisi a Deo.

XIII. Sed ad hæc respondit jam D. Thom. Ad primum ex Apoc. respondit q. 9. de veritate, a. 1. ad 13. quod auctoritas illa intelligenda est de his, quæ pertinent ad cognitionem beatitudinis (essentialis) in quibus omnes Angeli illuminantur a Deo. Ad secundum similiter respondet 1. p. q. 106. a. 1. ad 1. ubi sermonem esse de Visione Dei, quam unus non docet alium, sed Deus solus seipsum representans; unde Propheta dicit: Non docebit ultra... vir fratrem suum, dicens: agnoscite Dominum. Omnes enim cognoscere me a minimo eorum

usque ad maximum. Quod non tollit, quin unus alium etiam ibi illuminare possit de his, quæ extra Verbum cognoscuntur, & pertinent ad beatitudinem solum accidentalem.

S. II.

Resolutio secundæ partis.

XIV. DE modo, quo unus Angelus illuminat alium, forte major difficultas est. Cum enim D. Th. hac q. 106. a. 1. docet, illuminationem fieri per hoc, quod & confortetur virtus intellectiva Angeli inferioris, & quod confortatur ei veritas secundum ejus capacitatem; dubitatur, an præfata confortatio virtutis intellectivæ fiat per impressionem alicujus physici factam ab Angelo superiori in intellectu inferioris: Cujus tamen oppositum superius diximus; nempe, unum Angelum non posse illi, & agere in intellectum, & voluntatem alterius. Artamen

XV. Dico, Illuminatio, qua Angelus superior illuminat inferiorem, fit, non sola propositione objecti, sed ad modum cujusdam artificiosi magisterii accomodatam veritatem, quam manifestat, ad caput Angelis inferioris. Et hæc est confortatio virtutis intellectivæ, quam Div. Thomas requirit. Explicatur Assertio. Quomodo enim Magister veritatem a se perfectiori modo intellectum ostendens discipulo, eam ad ejus captum accommodat explicat, & proponit, & medium ei asserendi demonstrat; & hoc modo corroborat, & illuminat intellectum ipsius, quin aliquid physice imprimat in eo, vel formam intelligibilem vel veritatis notitiam, vel ejus naturalem vim intrinsecam augeat: ita dum Angelus superior illuminat inferiorem, veritatem sibi notam ei proponit accommodat ad ejus species, eique ostendit medium cognoscendi, & asserendi; hoc autem medium, cum in eo qui illuminatur, tenetur se ex parte luminis, ideo lumen intellectus dicitur, & confortatio.

XVI. Hanc esse mentem D. Thomæ, ostendo ex q. 9. de Veritate, a. 1. ad 1. ubi hæc habet: Quod ab Angelo illuminari non fit verum lumen gratiæ, vel naturæ, nisi ut participatum. Cum enim omne quod intelligitur ex vi intellectus, luminis cognoscatur, ipsum cognitur, in quantum hujusmodi includit in se intellectuale lumen, ut participatum, ex cuius virtute habet intellectum confortari: sicut patet quando Magister tradit discipulo aliquid medium alicujus demonstravit, in quo participatur lumen intellectus agentis ut in instrumento; prima enim principia sunt instrumenta intellectus agentis. Unde per hoc quod superior Angelus suum cognitur alteri Angelo demonstrat, ejus intellectus confortatur ad alia cognoscenda, quæ prius non cognoscerebat. Et sic non fit in Angelo illuminato verum lumen naturæ, vel gratiæ sed lumen, quod prius inerat, confortatur per lumen contentum in cognito conceptu a superiori Angelo.

Idem docet eadem q. 9. de Veritate, art. 5. in corp. ubi postquam statuit, locutionem posse esse sine illuminatione, subiungit: sed illuminatio semper habet locutionem adjuvantem, & in Angelis, & in nobis. Nec enim secundum hoc alium illuminamus, quod est aliquid medium tradimus, quo intellectus ejus roboratur ad aliquid cognoscendum, quod per locutionem fit. Similiter etiam oportet, quod & in Angelis (illuminatio) fiat per locutionem.

XVII. Deinde explicans modum talis locutionis illuminativæ, prosequitur: Superior enim Angelus habet cognitionem de rebus per formas magis universales. Unde inferior Angelus non est proportionatur ad accipiendum cognitionem a superiori Angelo, nisi si Superior Angelus cognitionem suam quodammodo dividat, & distinguat, concipiendam in se illud, de quo vult illuminare per modum naturæ, quod fit comprehensibile inferiori Angelo: & ideo conceptum suum alteri Angelo manifestando, eum illuminat. Unde dicit Dionysius 15. c. Cælesti hierarch. unaqueque intellectualis essentia donatam sibi a deiformi uniformi intelligentiam, provida virtute dividit, & multiplicat ad inferioris ductricem analogiam, & est simile de Magistro, qui videri discipulum non posse capere ea, quæ ipse cognoscit per illum modum, quo ipse cognoscit: & ideo fundat distinguere, & multiplicare per exempla, ut sic possint a discipulo comprehendere.

Hoc eodem exemplo utitur hæc 1. p. q. 106. a. 2. ubi etiam explicans modum, quo virtus intellectiva Angeli inferioris confortetur, & fortificetur ab Angelo Superiore illuminante, dicit: sicut enim virtus imperfectioris corporis confortatur ex simili propinquitate perfectioris corporis (ut minus calidum crescit in calore ex proximitate magis calidi) ita virtus intellectiva inferioris Angeli confortatur ex conversione superioris Angeli ad ipsum: hoc enim factum in spiritualibus ordo conversionis, quod fit in corporalibus ordo loci propinquitatis.

XVIII. Et his omnibus sic dicturo. De mente S. Th. Angelum Superiorem illuminantem confortare, ad fortificandam virtutem intellectivam Angeli inferioris, quem illuminat, nil aliud est, quam intellectualiter converteri ad ipsum, proponendo ei objectum, quod cognoscit, & medium, quo ipse cognoscit, illud tamen dividendo, & multiplicando, & attemptando captui intellectus Angeli inferioris, ad eum modum, quo in humanis Magister fortificat, & confortat intellectum discipuli: dum videns, discipulum non posse capere ea, quæ unitim ipse cognoscit, ea dividit, ac multiplicat per exempla, ut ab eo possint comprehendere; atque hoc totum fit absque impressione alicujus luminis physice in intellectu producti, sed sola objectiva, & intelligibilis confortatio, nempe mediis, quod est quoddam intellectualem lumen objectivum, propositione: nec enim magister aliter agit in intellectu discipuli; ergo &c.

XIX. Inter

XIX. Inter Angelum tamen illuminantem, & hominem Magistram docentem, hæc differentia est. Quod Angelus illuminans habet actionem immediate circa intellectum ejus, quem illuminat, quatenus & objectum cognoscendum, & medium cognoscendi intellectui immediate proponit: At homo, qui alium docet non versatur sua actione immediate circa discipuli intellectum, sed circa sensum, & sensibilia, quæ proponit, & mediantibus illis intellectum discipuli docet. Neuter tamen, sive Angelus, sive homo physice agit in intellectum alterius. Ut enim ait Div. Thom. qu. 11. de Veritate, art. 3. in intellectu potest imprimere homo, vel Angelus representando objecta. Et qu. 22. de Veritate, art. 9. ad 4. Angeli (inquit) non imprimunt intellectui, quod imperius aliquid in intellectu agunt, sed solum ex parte objecti, in quantum intelligibile præsentant, quo intellectus vult confortari, & convincitur ad assensum. Quapropter exemplum de minus calido, quod ex propinquitate magis calidi confortatur, non est in totum simile. Sicut enim diversitas est inter fructum propinquitatem corporum, & conversionem intellectualem, ac intelligibilem: ita in modo confortationis diversitas est; esto enim illa fit per aliquid physicum, ista tamen non.

Abstinere a proponendis rationibus in contrarium. Tum quia ex dictis ex Div. Thomæ bene pensatis omnes solvi possunt. Tum quia apud Auctores poterit studiosius eas percurrere.

D U R I U M I I.

An, & quomodo unus Angelus alteri loquatur.

S. I.

Resolutio de locutione Angelorum.

I. SUPponenda est ex dictis differentia inter simplicem locutionem, & illuminationem, quod nimirum simplex locutio est nuda manifestatio rei ignotæ; illuminatio vero adde supra locutionem, quod fit confortativa intellectus. Quare (ut ex Div. Thom. qu. 9. de Veritate, art. 4.) potest esse illuminatione, ut cum recitatur mihi aliqua historia, vel cum unus Angelus alteri conceptum suum demonstrat. Non tamen potest esse illuminatio sine locutione, sicut enim in nobis, ita in Angelis illuminatio locutione fit.

II. Dico ergo. Unus Angelus alteri loquitur, manifestando ei proprium conceptum. Hanc veritatem tradit Scriptura Isaiæ 6. v. 3. Seraphim clamabant alter ad alterum, Zacharias eni, 1. refert variis Angelorum interrogaciones, & responsiones, tum invicem, tum erga Deum ver. 12. Et respondit Angelus Domini, & dicit: Domine exercituum, &c. S. Judas in sua Epist. canonica ver. 9. refert Michaelem disputantem cum Diabolo de Moyse corpore, & dicitur: Imperet tibi Dominus. Hanc Angelorum locutionem nomine linguae expressit Paulus 1. Cor. 13. v. 1. si lingua hominum loquar, & Angelorum. Non quia Angeli corpoream habeant linguam; sed quia Angeli suos conceptus invicem manifestant, sed homines lingua faciunt. Hinc Apoc. 7. v. 2. Vidi (inquit Joannes) alterum Angelum ascendentem ab arse Solis... & clamavit voce magna quæsur Angelus.

III. Neque ad hoc præbendum rationes desunt. Prima, Angeli ex dictis Superiores Inferiores illuminant; sed illuminatione fecim adjuvantem habet locutionem, & sine locutione non fit; ergo &c.

Secunda, Angeli perfectam habent inter se societatem; sunt enim Civitates Cælestem Republicam componentes: sed ad perfectam societatem requiritur communicatio secretorum, & affectuum cordis, quod per locutionem fit; ergo &c.

Tertia, ut ait D. Thom. qu. 9. de Veritate, art. 4. quod potest virtus inferior, perfectiori modo potest superior: sed quia inter homines unus non cognoscit secreta cordis alterius, ad ea manifestanda datur inter homines locutio; ergo cum nec unus Angelus interius alterius conceptus cognoscet, ut diximus, ad eos exprimentes, & alteri communicandos, dabitur in eis locutio, quæ nihil aliud est, quam manifestatio interioris verbi, quod mente conceptum.

IV. Porro, hæc simpliciter locutione, quæ illuminativa non est, loquuntur non solum Superiores Inferioribus, sed etiam Inferiores Superioribus. Quomodo enim Inferiores non cognoscere conceptus internos Angeli Superioris, nisi ipse eos vellent manifestare; ita nec Angelus Superior cognoscere conceptus internos Inferiorum, nisi hi vellent ei manifestare; talis autem voluntaria manifestatio, locutio est. Div. Th. hac q. 107. art. 2.

V. Angelos Deo quoque loqui, docet Div. Thom. laudata qu. 9. non tamen sicut Magister discipulo, manifestando aliquid ei, qui omnia novit; sed sicut discipulus loquitur Magistro, ut aliquid ab eo dicit: vel consulendo aliquid voluntatem de agendis, vel ejus excellentiam, quam nunquam comprehendit, admirando. Sicut Gregorius dicit 2. Mor. cap. 4. Angeli loquuntur Deo, cum per hoc, quod super semetipsos, in motum admirationis surgunt... Locutio enim non semper est ad manifestandum alteri: sed quandoque ad hoc ordinatur finaliter, ut loquatur aliquid manifestetur; sicut cum discipulus quærit aliquid a Magistro. Ita S. Doct. ad 1.

VI. Docet insuper D. Thom. art. 2. & qu. 9. de Veritate, art. 6. localem distantiam non impedire angelicam locutionem. Unde in quacunque distantia possit sibi invicem loqui. Probat primo. Quia sicut dicitur Lucæ 16. Dives in Inferno positus loquebatur Abraham, non impediens locali distantia: multo igitur minus locali distantia potest impedire locutionem unius Angeli ad alterum.

Probat etiam secundo. Locutio Angeli actione pure intellectuali (quæ a loco, situ, tempore, seu hic, & nunc abstracta, & præcisdit) conficitur, & consummatur: sed in eo, quod præcisdit a loco, & situ, localis & finitatis distantia nihil facit; ergo &c. Sicut enim distantia localis non impedit, quia unus Angelus alium videre potest: ita non impedit, quia percipiat, quod in eo ad se ordinatur, quod est ejus locutionem percipere. Ita S. Thom. ibi ad 1.

VII. Sed dices. Anima Petri si esset hic, cognosceret ea, quæ hic aguntur, cum autem est in Cælo non cognoscit: Unde de Isaiæ 63. ver. 16. Abraham recessit nos, & Isaac ignoravit nos. Et Div. August. a Glossa relatus Nestoriani monachi etiam dicit, quod quædam anima, etiam eorum filii; ergo distantia localis impedit anime beatæ cognitionem, eadem etiam ratione Angeli locutionem.

Respondet Div. Thom. qu. 9. de Veritate, art. 6. ejus est 3. argumentum quod Augustinus loquitur de cognitione naturali univ. per quam etiam Sancti non possunt cognoscere, quia hic aguntur, sed ex virtute gloriæ ea cognoscunt... sed Angeli habent naturalem cognitionem magis elevatam quam anima. Unde non est simile de Angelo, & anima.

VIII. Dices secundo. Clamor loquentis fit propter distantiam audientis: sed Isaiæ 6. dicitur de Seraphim, quod clamabant alter ad alterum, ergo in locutione Angelorum aliquid operatur localis distantia.

Respondet D. Thom. art. 4. ad 2. quod clamor ille non est vocis corporea, quæ fit propter distantiam loci, sed significat magnitudinem rei quæ dicebatur (nempe unitatem essentia & Trinitatem Personarum, dicendo Sanctus &c. ut respondet idem S. Thom. qu. 9. de Veritate, art. 6. ad 3.) vel magnitudinem affectus, secundum quod dicit Gregorius 2. Moral. cap. 4. Tanto quilibet minus clamat, quanto minus desiderat.

IX. Dices tertio. Locutio oportet, quod deferatur a loquente in audientem, & consequenter per medium; ergo distantia impedit Angeli locutionem.

Respondet Div. Thom. qu. 9. de Veritate, art. 6. ad 4. hoc procedere ex falsa imaginatione, quod locutio Angelica fit corporalis, quæ a dicente ad audientem deferatur: sed Angelus, ad quem fit locutio, non recipit aliquid a loquente, sed per speciem quam penes se habet, & alium Angelum, & locutionem ejus cognoscit. Unde non oportet ponere aliquod medium, per quod deferatur aliquid ab uno in alterum.

X. Querendum ultimo superest: An unus Angelus possit alteri loqui quilibet alii locutionem ejus percipiant?

Affirmative respondet D. Th. Tum hac q. 107. art. 5. Tum qu. 6. de Veritate, art. 7. Et probat primo. Si enim homo potest manifestare conceptum suum alteri, quin omnes percipiant, cur non Angelus, qui magis suorum actuum dominus est? Probat secundo. Quæ a libera voluntate pendet, possunt, ut libuerit, uni concedi, alteri denegari: sed manifestatio interioris conceptus a libera voluntate Angeli pendet, libere illum extra se ordinans, sive intra se retinens; ergo sic potest cum ordinare ad unum, ut erga alios retineat.

XI. Sed dices. Quicumque intuetur aliquid Angelum percipit speciem ejus, quia intelligit, & loquitur: sed Angeli invicem semper se intuentur; ergo &c.

Rursus fit aliquis homo loquatur, æquilateral auditur ab omnibus; qui ei æqualiter appropinquant, nisi fit defectus ex parte audientis; utpote si deficiat in auditu: sed quandoque alius Angelus est propinquior Angelo loquenti, quam sit ille, ad quem loquitur, vel secundum ordinem nature, vel secundum locum; ergo non solum auditur ab eo, ad quem loquitur.

Respondetur ad primum ex Div. Thom. qu. 9. de Veritate, art. 7. ad 4. Quod quævis unus Angelus alterum intuetur, non tamen oportet, quod speciem, pro se ea actu aliqua cogitatio, videat: nisi convertatur ad ipsum, ordinando felicitat ad ipsum suam cogitationem, quo pacto facit eum cognoscere id, quod cogitat.

Ad secundum. Resp. cum eodem S. Doct. ibi ad 4. quod locutio humana movet auditum actione, quæ est per necessitatem nature, impellendo aërem usque ad aurem: sed hoc modo non est in locutione Angeli, sed eorum dependent ex voluntate Angeli loquentis.

S. II.

Modus, quo fit Angelica locutio.

XII. QUæ hæcenus dicta sunt, ab omnibus, puto, nemini esse dissentiente, probatur: non ita tamen quæ dicenda erunt de modo, quo fit Angelorum locutio. Sunt enim, vel saltem fuerunt, qui putant, Angelos loqui per signa quædam corporea, & sensibilia in aliquo corpore exarata; sicut nos in aere voces, & in charta literas edimus. Quod aliter ex his modis fieri asserunt: sicut nimirum, vel quod illa signa sensibilia veluti figuræ habentes peculiariter significationem Angelis notam, in Cælo exarantur: vel quod sint quidam soni sensibiles in aere formati sicut voces, vel nutus, & signa facta in corporibus assumptis, sicut homines dum invicem sibi loquuntur. Ita refert Durandus, qui hæc secundam partem approbat velut necessariam ad veram locutionem.

Aliqui volunt, Angelos sibi invicem loqui per signa quædam spiritualia representativa verbi, quod Angelus intra se formavit, a loquente producta, aliis Angelis nota. In hæc dicendi modum propendit Vasquez cum aliis.

Alii volunt, Angelum loquentem sui conceptus notitiam actualem in intellectu audientis producere, per formatam in eo, seu directam ad illum speciem sui conceptus expressivam. Ita Scotus in 2. Dist. 9. qu. 2. & cum eo Scotifera.

Thomaz tandem cum suo Angelico Præcepto locutionem Angelorum fieri contendunt per puram ordinationem conceptus loquentis ad eum, qui loquitur, absque eo, quod loquens aliquid efficiat in audiente.

XIII. Dico primo. Angelorum locutio non fit per aliqua signa five sensibilia, five spiritalia. Prima pars probatur. Modus locutionis angelicæ debet esse congruus naturæ ipsorum, & communicationi, qua invicem sociantur: sed natura Angelorum est omnino spiritalis, & a corpore profusa absoluta: communicatio etiam, qua sociantur, profusa intellectualis est, & spiritalis; ergo locutio per signa corporalia ad Angelos minime pertinere potest, & aliter incidere in Veterum opinionem potentium, Angelos esse corporeos.

Præterea: Etiam si Deus nullam rem corpoream creasset, revera tamen Angelos strictissima esset societas, & communicatio conceptum per locutionem; ergo hæc fit independentia a quolibet corporeo.

Uterius: Ideo enim Angeli in assumptis corporibus per signa sensibilia loquuntur hominibus: quia anima rationalis sensibus alligata non potest, five objecta five aliorum conceptus percipere, nisi moveatur a sensu, & phantasmate; ergo in Angelis, in quibus nec est sensus, nec indigentia phantasmatum ad intelligendum, dum sibi invicem loquuntur sermo, vel quocumque signum sensibile locum habere non potest.

XIV. Hinc S. Joannes Damasc. lib. 2. de Fide cap. 3. de Angelis loquens: Quibus (inquit) nec lingua opus sit, nec auribus; sed sine ulla prelati sermonis opo murus sibi sensa sua communicant, & consilia. Et Nicephorus Constantinopolitanus lib. de Inculpata Christianorum fide contra Leonem arch. ep. 70. de Angelis inquit: Ac quidem sermo quique in illis est, quandoquidem ratione præditi sunt: non tamen est similis nostri, qui naturali vitalique spiritu vocalium organorum opo progreditur, & articulat, & percussione aeris formatur, & transiitque ut audientium sensu percipiatur; sed quis materia, & compositione vacans, & incorporea sunt, invicem circuminductur, suaque natura perceptione speculantur: ut silendo clarior, & expressius formosius nesciat, quam alia quavis prolacione verborum. Hactenus Nicephorus præfatus, qui loquitur circa initium sæculi noni.

XV. Secunda autem pars, quod nec per signa spiritalia locutio angelica fiat, probatur. Nam illa signa spiritalia, vel essent signa naturalia vel ad placitum. Si essent naturalia, essent omnibus Angelis manifesta: similiter fit essent ad placitum; quia significarent ex impositione orta ex communi consensu Angelorum, sicut voces apud nos, & consequenter essent omnibus nota; ergo si per talia signa Angelus loqueretur, non posset loqui uni, quin aliis loqueretur, vel saltem suam locutionem manifestare.

XVI. Si dicas, hoc verum fore, quando unus Angelus suum conceptum exprimeret per signa generalia, & communia, que sunt quasi lingua communis omnibus nota; secus tamen si utatur signo speciali instituto ad manifestandum suum conceptum huic Angelo, non alteri.

XVII. Contra est primo. Nam hæc responsio cogit admittere multitudinem quasi infinitam signorum, & quasi idioma, si velit Angelus servare secretum. Nam demus, quod Angelus velit loqui duobus, vel tribus simul, ut Angelus ille de quo superius Apoc. 7. cap. 2. qui clamavit voce magna quatuor Angelis, quo signo aut idiomate uteretur, si privato non intelligeret, nisi ab uno, cui soli est nota, quia pro illo solo imposta. Si communi; intelligeret non ab his solum, quibus loquitur, sed ab omnibus, nisi dicamus, pro quibuscumque combinationibus Angelorum esse specialia signa: & cum fere infinite fieri possint hujusmodi combinationes, infinita fere signa, & idioma esse in Angelis multiplicanda.

XVIII. Præterea: Illa signa vel communia, vel privata non potuissent institui nisi pravia communi, vel privata conventionem & consensu, quod vel omnes, vel duo invicem convenissent, ut hanc rem ad hoc significandum usurparent: sed illa conventio non potuisset fieri absque pravia locutione invicem; ergo ante institutionem illius signi potuissent loqui. Quod si per hæc locutio fuisset per aliqua signa; vel dabitur processus in infinitum in signis, vel hæc signa non sunt necessaria ad locutionem angelicam.

XIX. Dico secundo. Locutio Angeli non fit per influxum physicum Angeli loquentis in eum, qui loquitur, causando in eo, vel notitiam actuale vel speciem sui conceptus representativam. Est contra Scotum. Eam tamen docet Div. Thomas qu. 9. de Verit. art. 5. ad 2. his verbis: Angelus loquens nihil facit in Angelo, cui loquitur, sed fit aliquid in Angelo ipso loquente, & ex hoc alio cognoscitur modo prius dicto. Unde non oportet etiam, quod loquens aliquid infundat, ei cui loquitur. Et art. 6. ad 4. Angelus (inquit) ad quem fit locutio ut dictum est, non recipit aliquid a loquente, sed per speciem quam paret se habere, & alium Angelum, & locutionem opo cognoscit.

XX. Probatur etiam ratione. Tum quia, ut supra vidimus, unus Angelus non potest sua virtute immediate agere in alium, nec intra alium illabi, nec in illo speciem producere, five imprimere, multo minus notitiam sui cognitionem; hæc enim cum sit actus vitalis non sufficit, ut in cognoscere produceretur, sed debet a cognoscente exire, ut per illam vivere, quod est ab intrinseco se movere, dicitur.

XXI. Deinde: Vel Angelus loquens, ut imprimat istam cognitionem in audiente, debet poni intime intra intellectum eius; vel etiam hoc potest extra, & distans. Primum est contra commune axioma, quod Angelus non illabitur menti, sed solum Deo. Et rursus non salvat, quomodo unus Angelus possit simul pluribus Angelis loqui, & intra eos poni, &

quomodo ad Angelum distans loqui possit. Nam si, ut loquitur illi intra eum esse debet, certe distans loqui non poterit. Secundum vero aliud fere inconveniens. Nam si Angelus, dum Angelo distans loquitur, producit in eo cognitionem, hæc cognitio debet transire a loquente ad audientem per medium; cognitio autem, utpote spiritalis, per media corporea transire non potest: & si transire, non posset alios Angelos latere, quin ad illud medium, per quod transiret, attenderent.

XXII. Nec minus impossibile est, quod Angelus loquens producat speciem sui conceptus in mente audientis. Tum quia, ex superius dictis, solus Deus imprimere potest species, & solus operari in mentibus Angelorum; reliqua enim solum objeque de habere possunt ad illas species, non effective. Si autem solus Deus imprimat speciem in mente audientis, solus Deus erit, qui loquitur, seu revelat Angelò cognitionem alterius, non ipse Angelus.

Tum etiam: explicari non potest, quomodo ab Angelo loquente imprimi possit illa species in mente Angeli distantis; puta, quomodo anima dividit in Inferno posita, possit producere speciem suæ cognitionis, & sic loqui Abrahamæ longe: quod tamen salva fide negare non possumus.

Tertio. Nam nec salvatur ratio secreti: etenim illa species, vel lumen, five quocumque aliud in mente alterius productum, sepe est aliquid naturale; non enim est libera cogitatio cordis, sed effectus illius ab extra positus; nec etiam est contingens futurum, cum de factò in rerum natura sit: quomodo ergo ab aliis Angelis, qui omnia naturalia posita extra causas cognoscunt, iste species, & repræsentat per eas cogitationes, non cognoscerentur, si non amplius intra cognoscentem manent, sed extra diriguntur?

XXIII. Dico tertio. Locutio Angeli unius ad alterum fit per voluntatiam, & liberam ordinationem sui conceptus ad illam absque ulla, five signi, five luminis, five notitiæ, five speciei in mente audientis impressione. In Asserto perpetuo est Div. Thom. qu. 9. de Verit. art. 4. ad 9. ipsa ordinatio cogitativa est ad alterum exterior locutio ad Angelum dicitur. Ad 11. Angelus existimatur alterius conceptus per speciem notatam, per quam alium Angelum cognoscit, quia per eandem cognoscit omnia, quæ cognoscit in alio Angelo. Unde quam cito Angelus se ordinat ad alium Angelum secundum alium altiusque forme, illa Angelus cognoscit cogitationem eius. & hoc quidem dependet ex voluntate Angeli. Et hoc qu. 107. art. 1. & 2. Angelum (inquit) loqui Angelo, nihil aliud est, quam conceptum suum ordinare, ad hoc, ut ei innotescat per propriam voluntatem. Videri etiam potest in 2. Dis. 12. qu. 1. art. 3. ad 4. præter loca, quæ superius au. 5. & 11. citata sunt.

XXIV. Ratio autem est: quia, ut unus Angelus cognoscat cogitationem alterius, nihil intrinsecum ei deest: non deest lumen, quia lumen innatum Angeli promptum est ad omnes veritates naturales: non deest species, quia, ut supra ostendimus, ab initio suæ conditionis habuit a Deo species representativas omnium rerum naturalium, inter quas sunt alii Angeli, & omnium eorum, que in Angelis sunt, vel ab eis procedunt. Quod ergo unus Angelus non cognoscat secretum, vel cognitionem intrinsecam alterius, ex eo solum procedit, quod cum tali cogitatio sit libera, & sub dominio cogitantis, & intra ipsum clausa, quodam quasi velamine obtegatur, & occultatur: unde si voluntate Angeli, cuius est cogitatio, auferatur hoc velamen, & ad alium Angelum dirigatur, statim incipit ad ipsum quoque pertinere, & nullo ei superaddito eum cognoscat. Sicut eo ipso quod aliquid contingens futurum exeat a suis causis, in quibus latebat, & fiat presens, statim ab Angelo cognoscitur: quod enim antea non cognosceretur, defectus non erat ex parte Angeli, sed objecti.

XXV. Accedat in confirmationem etiam, quæ habet D. Thomas hac qu. 107. art. 1. ad 1. ubi docet, quæ in nobis interioris mentis conceptus quasi duplixi obstaculo clauduntur. Primo quidem ipsa voluntas, quæ conceptum intellectus potest retinere interiori, vel ad extra ordinare. Et quantum ad hoc movetur unus nullus alius potest videre nisi solus Deus, secundum illud 1. Cor. 2. Quæ sunt hominis nemo novit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Secundo autem clauduntur mens hominis ab aliis hominibus per grossitatem corporis. Unde cum etiam voluntas ordinat conceptum mentis ad manifestandum alteri, non statim cognoscitur ab alio; sed oportet aliquod signum sensibile addidere. Et hoc est, quod Gregorius dicit 2. Moral. cap. 4. Alieni oculis intra secretum mentis quasi post parietem corporis latens, sed cum manifestare non ipso cupimus, quasi per linguam suam egredimur, ut quales sumus intrinsecus ostendamus. Hoc autem ostendendum non habet Angelus; & ideo quam cito vult manifestare suum conceptum, statim alius cognoscit. Ex quo patet: in tantum homo etiam ordinat suum conceptum ad alium, iste statim non cognoscit, quia ne cognoscat grossitas corporis impeditur ergo Angelus, in quo grossitas corporis non est, quam cito ordinare vult suum conceptum ad alium, statim alius cognoscit.

S. III.

Solutio eorum, quæ contraria sunt.

XXVI. Obijciunt primo. Per locutionem debet unus Angelus alterum excitare ad audiendum: sed sola directione, & ordinatione conceptus non potest excitari Angelus ad audiendum, & de non audiente fieri audientis, ergo. Maj. constat. Min. prob. Ut Angelus de non audiente fiat audiens, seu de non cognoscente cognoscens conceptum, aliter.

alterius, necessario debet immutari, & moveri; non enim semper est in actuali consideratione; sed nihil immutatur realiter, nisi per aliquid reale in se receptum; illa autem extrinseca alterius Angeli ordinatione non potest mutari, cum nihil in audiente producat; ergo &c.

XXVII. Confirmatur primo. D. Thom. 1. par. qu. 107. art. 1. ad 3. dicit: Sicut sensus movetur a sensibili, ita intellectus movetur ab intelligibili. Sicut ergo per signum sensibile excitatur sensus, ita per aliquam virtutem intelligibilem præst excitari mens Angeli ad attendendum; ergo sicut sensus excitatur ab objecto per immisionem speciei sensibilibus; ita mens Angeli excitabitur per immisionem speciei intelligibilis.

XXVIII. Confirm. secundo. Idem S. Thom. in 2. sent. dist. 11. qu. 1. art. 3. admittit Angelum loqui per signa. Et in Cap. 13. prima ad Cor. 13. 1. dicitur, quod in nobis occulta cordis manifestantur per voces, & quocumque aliud corporale exterius apparens in Angelis vero ea, quæ sunt naturaliter nota, in quantum assumuntur ad manifestationem oculorum dicuntur signa, vel motus. Preterea autem manifestandi conceptum suum hoc modo, metaphisice linguæ nominatur.

XXIX. Resp. admittit majori, intellectus tamen de excitatione objectiva, & morali, non physica, nego min. Ad prob. nego, quod, ut Angelus fiat audiens, & cognoscens debet realiter prius immutari per aliquid a loquente in eo productum. Ad probationem adjuvandum, distinctio; Non semper est in actuali consideratione, defectu aliquid ex principis requisitis ex parte actus non presentatur, concedo. Sicut ergo dum aliquid futurum liberum fit actu presens, Angelus illud actu cognoscit, cum actu acta non cognosceret, non quia ei adveniat novum lumen, vel nova species, sed solum quia objectum dum fit presens incipit esse de pertinentibus ad ipsum: ita dum incipit attendere ad Angelum sibi loquentem, & cognoscere secretum, quod ei manifestat, hoc non fit acquisitione nove virtutis, aut speciei, sed solum nova repræsentatione speciei præexistentis, quæ, dum Angelus loquens convertitur, & ordinat conceptum suum ad audientem, incipit in exercitio illam ei repræsentare, quem ante solum in actu primo repræsentabat; quia postea tali ordinatione incipit esse de pertinentibus ad ipsum. Hoc autem sine ulla immutatione virtutis, aut speciei fieri potest; sicut negotio secundo filio, relatio, quæ prius ad solum unum filium terminabatur, absque sui immutatione, incipit ad terminari ad secundum. Conferatur, quæ supra diximus de angelicis cognitione futurorum, & secretorum cordis. Interim adjuvat Div. Thom. in 2. dist. 11. qu. 1. art. 3. ad 4. dicens: Angelus, præcipue beatus, semper est in actuali consideratione sui ipsius, & per consensum eorum, quæ ad ipsum pertinent, quæ cito autem apud Angelum ordinat locutionem suam ad alterum, efficitur locutio ista de pertinentibus ad illum, & ita ab eo cognoscitur. Ordinatio autem illa conditio est, quæ postea, statim Angelus, nullo alio accedente, cognoscit illa, quod alter Angelus ei loquitur.

XXX. Ad primam confirm. nego, D. Thomam instituisse paritatem in omnibus inter sensum, & mantem angelicam. Etenim excitatio sensus per signum sensibile fit per nove speciei immisionem; quod tamen ipse negat de mente angelicam, quam, ut vidimus, docet ab initio fuisse omnibus speciebus imbutam. Paritas ergo in hoc sita est, quod, sicut per signum sensibile sensus excitatur, ita mens Angeli per signum intelligibile: hoc autem signum nihil aliud est, quam conceptus mentis ab Angelo dum loquitur ei ostensus, & ad eum ordinatus, & hæc est virtus intelligibilis, quæ excitatur; quia cum incipit esse de pertinentibus ad ipsum, species, quam habet de Angelo sibi loquente, incipit etiam conceptum eius repræsentare.

XXXI. Ad secundam confirm. aliqui (inter quos Sylvius ad hunc art. 1. qu. 107.) existimant, Div. Thom. primo in sententia fuisse, locutionem Angelicam fieri per aliqua signa intelligibilia, producta, non in Angelo audiente, sed in loquente, quibus ab alio Angelo visis, statim percipiatur loquentis conceptus: quæ signa significationem habeant, non ex natura sua, sed ex impositione; non quidem ab Angelis facta, sed quam Angeli ab Auditore naturæ acceperint, qui simul cum natura, ejusmodi signa eis dedit; quasi imposita ad talem significationem: ad eum fere modum, quo primi homines statim locuti fuerunt lingua hebræica (vel quancumque alia primigenia, ut alibi probabilibus censibus) seque mutuo intellexerant, ex Dei impositione, quia talia signa eis dederat ad conceptus suos invicem significandos. Et hoc putat se colligere, tum ex allegato textu S. Doct. super 1. ad Cor. cum ex 2. sent. dist. 11. qu. 1. art. 3. in corp. Deinde vero in sententiam a nobis acceptam transiit.

XXXII. Verum existimo, S. Thomam in hoc perpetuum fuisse, locutionem angelicam non fieri per productionem aliquid signi, five in audiente, five in loquente; sed sola manifestatione conceptus intra se formati: & hæc fieri per hoc, quod conceptus intra Angelum formatus ordinatur ad alium, & fiat de pertinentibus ad ipsum; solumque in locis citatis voluisse explicare modum, quo illa ordinatio fiat: nimirum per hoc, quod species, seu conceptus, qui intra Angelum lateat, eras occultus, dum ordinatur ad alterum, coordinatur alteri eorum, quæ unus Angelus in alio naturaliter videre potest, puta potentia cognoscitiva. Quare alter Angelus, ad quem ordinatur conceptus, videndo illud naturaliter cognoscibile, puta potentiam cognoscitivam, videt in eo conceptum mentis Angeli: ita ut illud naturaliter cognoscibile sit signum expressivum interioris conceptus, & talis expressio vocatur locutio, non quidem vocalis, sed intellectualibus signis ex-

pressis, & virtus expressiva dicitur lingua eorum. Hæc D. Thomas loco ex 2. sent. allato. Et clarior qu. 9. de Verit. art. 4. ad 12. ipsa signum (inquit) dicitur ipsa species, mens autem, ordinatio ad alium, sed possibilitas hæc facienda dicitur lingua.

XXXIII. Obijciunt secundo. Ille simplex directio, & manifestatio potius est actus voluntatis, quam intellectus, non solum quia est actus liber, sed quia est ordinatio ad extrinsecum, nempe voluti, ut conceptus suus tali, vel tali fiat manifestus: At locutio angelica non est actus voluntatis, sed intellectus; ergo &c. Maj. probatur. Nam D. Thomas hac qu. 107. art. 1. in corp. ad 1. ait: Quam cito (Angelus) vult manifestare suum conceptum, statim alius cognoscit.

XXXIV. Respondeo, hoc argumentum æque urgere Scotifas. Nam productio notitiæ, vel speciei in mente audientis, in qua dicunt consistere locutionem angelicam, erit quoque actus voluntatis, non solum quia actio libera, sed quia actio in aliquid extrinsecum. Nos ergo distinguimus maj. erit actus voluntatis movens, & applicans Angelum ad loquendum, conced. maj. eliciciens immediate locutionem, nego maj. Cum ergo Angelus vult manifestare, & ordinare suum conceptum ad alterum, adest ipsa ordinatio, voluntas ordinandi. Ordinatio, quæ formaliter est locutio, actus intellectus est ex Div. Thom. 1. 2. qu. 17. art. 2. Ordinatio est proprius actus rationis, & propterea vocatur quasi oris ratio, actus intellectus est, ut docet Idem S. Doct. art. 2. qu. 83. art. 1. At quia hæc ordinatio libera est, ideo a voluntate procedit, ut applicante tamen, & moveente potentiam cognoscitivam ad ordinandum, & manifestandum; & ideo locutio actus rationis est supponens voluntatem.

XXXV. Obijciunt tertio. Si illa directio conceptus effectus locutio, non possit unus Angelus manifestare suum conceptum uni, puta Michaeli, quin manifestus fieret aliis advertentibus, quavis illis non loqueretur.

XXXVI. Respondeo, hanc instantiam magis urgere Scotifas ponentes locutionem fieri per productionem notitiæ, seu speciei in intellectu audientis. Cur enim si hanc producat in intellectu Michaelis, Raphael advertens, & intellectus Michaelis cognoscens, eam non percipiat; maxime cum non sit actus a Raphaelæ libere procedens?

Dico ergo, quod cum ista ordinatio actus liber sit, & adhuc sub dominio Angeli loquentis, solum facit innotescere conceptum Michaelis loquentis Raphaeli, cui loquitur, quia ad eum solum ordinatur, ei soli detegitur, & ad eum solum &c.

XXXVII. Sed instabis. Etiam ipsa ordinatio conceptus Angeli loquentis ad audientem actus liber est, & tamen Angeli audientis manifesta est; ergo similiter &c.

Respondeo, dictam ordinationem esse quidem actum liberum quoad usum, & exercitium: hoc tamen ipso, quod voluntas Angeli loquentis applicat intellectum ad eum efficiendum, ut alteri manifestet conceptum, est de pertinentibus ad ipsum, & illam cognoscit.

XXXVIII. Obijciunt quarto. Sola rei manifestatio non sufficit ad locutionem; alioquin qui velum, quo tabella aliqua obtegatur, subduceret, ut imaginem in ea depictam alteri viderendam exhiberet, diceretur, hæc exhibitione, & manifestatione ei loqui; quod cum etiam a mutuo fieri possit, mutuo diceretur loqui.

Confirmatur. Contingere potest, quod dum unus Angelus, alteri conceptum suum manifestat ad eum ordinando, iste alibi occupatus, vel mente alio distractus non attendat; hoc ergo non sufficit ad illum excitandum, ut percipiat ea, quæ illi alter loquitur, nisi aliquid ponatur intrinsecum.

Rursus: actus a quo unus Angelus amat alium, vel Dæmoo odit Angelum bonum, ordinatur ad Angelum, qui amat, vel odio habetur; & tamen actus, quo amatur, vel odio habetur, non sunt eis naturaliter noti.

XXXIX. Respondeo, concedendo, non quancumque rei manifestationem sufficere ad locutionem, sed solum manifestationem conceptus interioris mentis, quæ in nobis fit per voces, aut per nutus, ut in mutis; ita in Angelis per ordinationem conceptus ad alterum; unde exemplum tabellæ non est ad rem.

XL. Ad confirm. res. primo, Incredible esse, ut Angelum, in intelligendo perspicacissimum, & expeditissimum aliquid ad ipsum pertinens, maxime morale, & liberum, ita effugiat; ut quavis ad ipsum dirigitur, non advertat. Et hoc maxime in Angelis beatis, qui in Verbo vident quicquid ad se pertinet.

Conferatur etiam aliquando contingeret, ut Angelo alio distracto, & occupato circa alia, alter Angelus loqueretur, & ille non attenderet, sed illa locutio ejus advertentiam effugeret; quodam, quæso, inconveniens esset, cum inter nos sit quotidie contingat, ut valde distractis, & occupatis, nobis aliquid loquatur, quod non excitemus, ad illum attendamus? si ergo & hoc inter Angelos, maxime Dæmones, eveniat (quod evenire rarissime credo) non esset propterea excogitandum alius excitationis modus; sed querendum remedium, illum ad advertentiam excitandum, five per alios Angelos, five per accessum Angeli loquentis ad alterum, cui loquitur, exercendo aliquem motum, vel impulsam circa illum, quod ad attendendum locutionis excitetur.

XLI. Ad id, quod additur, dist. maj. ordinatur ad ipsum ex sua specie, ut ad objectum, conced. maj. ex libera directione voluntatis manifestans conceptum mentis, neg. maj. Quod autem unus actus ordinatur ex sua specie ad alium, ut objectum, non fit aliquid ipsius, nec habet modum manifestandi.

stationis: sed solum quando libere intellectus unius ordinat...

III. Obijciunt quinto. Si locutio inter Angelos fieret per...

Resp. negando maj. quae eandem patitur instantiam apud...

eo producat notitiam, vel speciem, quam in se habet. Sicut...

Hic ad notitiam Angelorum Candidato nostro satis superque...

TRACTATUS DECIMUS DE HOMINE ET EJUS STATIBUS.



OMO, substantia & natura quædam est in confinio rerum spiritualium...

Et deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore...

de dicitur Rubra, ut eam humanam quodammodo colore...

II. Quare autem, cum corpus humanum sit corpus mixtum...

Et deo ad hoc excludendum, quidam posuerunt, quod cum...

Hanc tamen intelligentiam S. Doct. non admittit, dicens...

Per spiritum ergo vita intelligitur anima: ut sic, quod dicitur...

Quæ ob stare videntur, solvantur.

III. Sed dices. Eidem formæ debetur idem perfectibile: sed...

IV. Resp. D. Thom. 1. par. qu. 91. art. 1. ad 2. & in 2. Sent. dist. 17. qu. 3. art. 1. in corp. Quorundam opinionem hanc aliquid...

V. Alter ergo S. Doct. distinguit maj. Perfectibile, conveniens...

VI. Perfectibilium ergo corpus, quale conveniebat fini...

Subjungitur: de limo terra: id est, ut exponit Augustinus...

Subjungitur: de limo terra: id est, ut exponit Augustinus...

piscibus maris &c. Deinde cum cap. 2. ver. 25. dicitur: Erat autem...

VII. Ne tamen quis putet, mora temporis formatum fuisse...

DEBIVM II.

De formatione Hominis quoad Animam.

S. I.

An corpus prius factum fuerit, quam Anima?

I. Moyses postquam dixit Gen. 2. v. 7. Formavit igitur Deus...

Sed hoc improbat S. Doct. Nam contra rationem perfectionis...

Et deo ad hoc excludendum, quidam posuerunt, quod cum...

Hanc tamen intelligentiam S. Doct. non admittit, dicens...

Per spiritum ergo vita intelligitur anima: ut sic, quod dicitur...

Quæ ob stare videntur, solvantur.

III. Sed dices. Eidem formæ debetur idem perfectibile: sed...

IV. Resp. D. Thom. 1. par. qu. 91. art. 1. ad 2. & in 2. Sent. dist. 17. qu. 3. art. 1. in corp. Quorundam opinionem hanc aliquid...

V. Alter ergo S. Doct. distinguit maj. Perfectibile, conveniens...

VI. Perfectibilium ergo corpus, quale conveniebat fini...

Subjungitur: de limo terra: id est, ut exponit Augustinus...

Subjungitur: de limo terra: id est, ut exponit Augustinus...

Subjungitur: de limo terra: id est, ut exponit Augustinus...

veritatis abscedit, constanter prædicans, atque veraciter, quod...

Attamen Otigeniis favere videtur illud Sap. cap. 8. ver. 19. & 20. Puer autem eram ingeniosus, & fortis sum animam...

V. Sed immerito. Nam secundum Origenem, inquit, quæ extra...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...

VI. Alia opinio (ait S. Thom. qu. 90. 1. par. art. 4. citato)...